

consiliū. At certa in re atq; tranquilla
uariis affectionib; affecti: aliter: et alr
cupiūt ea que nihil conferūt/ et illis in
uoluunt/ quibus postmodū sūt doli-
turi. **¶** Verū enim qui oīa pro uirib;
cogitat/ seseq; cognoscit sine casu uitam
perpetuo ducit atq; conditionē suā aper-
te considerans ad cupiditatē plus semp
habendi aūz non tendit: sed locupletem
ac nutriticē omniū naturam perse ferens/
abunde satis uitam pertransiret. **¶** Que
admodū eīz in bona corporis habitione
periculū morbi perspicuū sepius in est:
sic in magnitudinē prosperitatū nihil sub
est diutū: et in aduersis qui sit animo
fortis/ liquido apparet. **¶** Multi qui sunt
prope nō uidentes sua quadam affectionē
pereunt: que uero data sunt ceu sub nube
tuentur: & cū longā hominū uitā pro spe-
culo habeant/ super his que fieri aut non
fieri conuenit: qua potissimū re futura
providentur/ tanto autē magis obtundūt.
¶ Hec et huiusmodi meus sunt risus. **¶** Stulti
quidā homines ex imperato/ nequitie cupi-